



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/315539>

6.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,
QUAS,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
GERARDI JOANNIS MULDER,
MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN
JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
JOANNES HUBERTUS THEODORUS MICHEELS,
MOSA-TRAJECTINUS.

AD DIEM XIII M. MAJI A. MDCCCLIII, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,
APUD J. DE KRUYFF.
MDCCCLIII.

T H E S E S.

I.

Bipartita juris divisio in foro Romano auctoritate et effectu regnavit. Altera tripartita, e juris naturali explicatione, singulari opinione deducta, ad doctrinae ornatum releganda mihi videtur.

II.

Conditio resolutive heredis institutioni adjecta non abit in conditionem suspensivam contrariam.

III.

Quasi pupillaris substitutio non pendet a patriâ potestate; neque contrarium ex L. 7. C. de Cur. fur. (Quod LÖHRIUS putabat) redire videtur.

IV.

Actiones quae negotiorum gestori atque in eum competunt, utiliter domino atque adversus eum datas fuisse, temere mihi affirmandum non videtur.

V.

Si causa idonea optioni inter separationem mensae ac thori et divortium locum dederit, separatione impetratâ, nec ob eandem nec ob novam causam divortium peti potest.

VI.

In verbis Art. 308 C. C.: „in welk geval, hij zal worden toegelaten om het bewijs dat hij de vader des kinds niet is tot volkomenheid te brengen”, indicatum tantummodo videtur temporis spatium intra quod maritum, si velit editum respuere, uxorem suam fuisse adulteram probare oportet; immerito eorum significatio eo flectitur ut tertium probationis argumentum ex iis depromatur.

VII.

Exsecutor testamentarius sine heredis consensu et concursu legata transferre potest.

VIII.

Si adscendens in hereditate partiundâ, uni ex liberis nomen assignaverit, coheredes pro ratâ parte creditores non fiunt.

IX.

In Art. 1716 C. C. spectatur tempus quo acceptatione donatio rata est. Adversatur novissime Diephuis. (Ned. Burg. Regt. VIII. I. p. 27.)

X.

In civilibus summariae cognitionis appellatus a sua parte appellare potest conclusione pro tribunali prolatâ.

XI.

Mercatori, dummodo pactus fuisse videatur de eo quod negotiationi, quam exercet, inhaeret, transactionem per testes probare licet; quinimo quamvis adversarius non negotietur, non ideo cessabit privilegium.

XII.

Distractâ societate creditori non exstinguitur actio de in rem verso, uti statuit Pardessus II. § 1049.

XIII.

Mercator tantum, assignatione sese obstringens, litterarum obligationem commercialem inire videtur.

XIV.

Tempus intra quod mercium nondum solutarum pretium a secundo emtore, quando prior desiit solvendo esse, venditor petere potest, est triginta dierum quae currere incipiunt inde a die prioris venditionis.

XV.

Si ille cujus vitam alter assecuravit, sibimet ipsi manus intulerit vel poenâ mortuus sit, assecurator liberatur.

XVI.

Qui sciens conjugem duxerit jam alteri nuptam, imo qui nuptiis damnatis dolose faverit, ex Art. 340 j. 59 C. P. puniendus est.

XVII.

In ipsius jurantis gratiam falsa in Causâ Crim. prolata, poenae falsi testimonii ansam non dant.

XVIII.

Si falso officialis in instrumento de nuptiis celebratis consignavit, publicam nuptiarum ineundarum proscriptionem legitime obtinuisse, poenam periclitari non videtur Art. 146 C. P.

XIX.

Conatus stellionatus existere nequit.

XX.

Verissime MICHEL CHEVALIER: „l'amélioration du sort des populations est subordonnée à l'accroissement du capital.” (Question des travailleurs. Lettre II.)

XXI.

Minime audiendus THIERS: „On se tromperait fort si on voulait juger de la prospérité des nations par le bas prix des choses; car moins elles sont riches, moins les objets y sont chers.” (Assemblée Nationale. Séance du 26 Juillet 1848.)

XXII.

Ut pauperibus utiliter consulatur, tali moderamine auxilium iis porrigi debet ut sensim paulatimque hoc quoque carere possint.

XXIII.

Accusatione contra auctorem delicti institutâ, co-auctores vel socii praescriptione liberari non possunt.

XXIV.

Si rei confessio unius testis testimonio fulcitur, legitima in Causâ Crim. adest probatio.
